patienter iniurias illatas tolerandum di-
ſcipulum habent inducere. Secundo de
vtilitatibus virtutis patientie. Tertio de
duodecim gradibus patientie. ¶ Circa
primum notandum ſeptem eſſe conſide-
rationes: que diſcipulum ad patientiam
iniuriarum et tolerãtiam malorũ prepa
rant ⁊ diſponunt. Prima eſt cõſideratio
ſacre ſcripture que nos ad patientiã ſepe

Septem nos diſponũt ad patientiã.

numero hortatur: prime Thimo.vj. Se-
ctare patientiã ⁊ manſuetudinem. Ad he
bre.xij. Per patiẽtiã curramus ad propo
ſitum nobis certamen: et Jaco.v. Eſtote
patiẽtes fratres vſqꝫ ad aduẽtũ dñi. Se-
cunda eſt conſideratio diuine ordinatõis
Nullũ enĩ malũ poteſt alicui inferri aut
contingere niſi diſpoſitione diuina: eccle

Deus omnia diſponit.

ſiaſti.xj. Bona ⁊ mala proſpera ⁊ aduerſa
vita ⁊ mors pauptas ⁊ honeſta a deo ſunt
Seneca ad lucillũ: Uir bonus qcquid ei
acciderit equo animo ſuſtinebit. Sciet
enĩ accidiſſe lege diuina qua vniuerſa pro
cedũt. Ceterũ tribulatio cũ ſit a ſũmo bo-
no bona exiſtimanda eſt ⁊ amanda vtpote
munus datum a deo qui amiciſſimus eſt:
vnde chara habenda eſt. Quare dicebat
ieſus petro: Joã.xviij. Calicẽ quẽ dedit
mihi pater nõ vis vt bibã illum? quaſi di
cat inquit glo.interli. Nõ eſt opus defen
ſionis ſed patientie. Toleranda eſt ergo
tribulatio cum ſit a ſapientiſſimo ⁊ clemẽ
tiſſimo medico eo maxime attento qđ ait
apłs ꝑme corinth.x. Fidelis deus qui non
patietur vos tentari ſupra id qđ poteſtis:
ſed faciet cũ tentatõe prouentũ vt poſſitis
ſuſtinere. ¶ Tertia ꝯſideratio ẽ patiẽtie
⁊ tolerãtie ieſu xpi. ad heb.xij. Recogita
te eũ qui talẽ ſuſtinuit pro peccatorib[9] ad
uerſus ſemetipſum contradictionẽ vt non
fatigemini animis veſtris deficientes. Ex

Exempũ chriſti eſt q̃ſi ſcutum.

emplum enim chriſti eſt quaſi ſcutũ quod
dam cordiũ noſtrorũ: ſm illđ treñ.iij. Da
bis eis ſcutũ cordis laborẽ tuũ: ꝑme petri
iij. Chriſto in cruce paſſo ⁊ vos eadẽ cogi
tatione armamini. Ber. ſup cãti. Utrũqꝫ
es mihi dñe ieſu ⁊ ſpeculũ patiendi ⁊ pre-
miũ patientis: vtrũqꝫ fortiter prouocat et
vehemẽter accendit. Ambroſius ſuper lu
cam: Chriſtus voluit ab apoſtolo ſuo tra-
di vt tu a ſocio deſertus: a ſocio proditus
moderate feras. Item bernardus ſup il-
lud can.j. quod ſponſa de chriſto ait: Fa-
ſciculus mirrhe inter vbera mea cõmora-
bitur dicit: habete iſtum ſemper non re-
tro in humeris ſed ante pre oculis. ne por
tantes ⁊ non adorantes: ⁊ onus premat et
odor nõ erigat. Uidentes anguſtias dñi:
veſtras leuius portabitis. Paſſio chriſti

Figura.

lignum eſt aquas dulcorãs tribulationũ
ſignificatũ ligno quod a dño oſtenſũ eſt
moyſi: vnde aque amariſſime dulcorate
ſunt: Exo.xv. Grego. Si paſſio dñi ad me
moriam reuocetur nihil adeo durũ quod
non equo animo toleretur. Jſidor[9]: Di-
ſce a chriſto modeſtiã: chriſtum attende ⁊
non doles: Jniurias pro nobis nanqꝫ paſ
ſus reliquit exemplũ; palmis percuſſus:
flagellis ceſus: ſputis deriſus: clauis con-
fixus: ſpinis coronatus: cruci damnatus:
ſemper conticuit ¶ Quarta cõſideratio
eſt exemplorũ ſanctorũ: quorũ nullus: vt

Nullus ſcũs coronatus eſt ſine certamie

ait Hieronymus: coronatus eſt ſine certa
mine. Abel iuſtus acciditur: Abraam pro
pter vxorẽ vita periclitatur: quere ⁊ inue-
nies ſingulos fideles aduerſa perpeſſos.
Solus ſalomon in delitijs fuit ⁊ ideo forſi
tan corruit. Gregorius ſi facta preceden-
tium patrũ conſideremus: non erunt gra
uida que toleramus. Et ideo beatus: Ja-
cobus inquit: Exemplũ accipite fratres
exitus mali ⁊ longanimitatis laboris ⁊ pa
tientie ꝓphetas qui locuti ſunt in nomĩe
dñi. Ecce beatificamus eos. Sufferentiã
iob audiſtis: ⁊ finem dñi vidiſtis: Hiero.
Graue tibi videtur eſſe quod ſuſtines le
ge pauli apoſtoli: ad Corinth. ſcđaꝫ epiſto
lam: Jn laboribus plurimis ⁊ carceribus
abundanter: in plagis ſupra modũ in mor
tibus frequenter. ⁊c. ¶ Quinta ꝯſidera
tio que inuitat ad patientiã eſt propriorũ
defectuũ et malorum que cõmiſimus: ad
quod pertinent verba ſacre ſcripture q̃ ſe
quuntur: Geñ.xlij. Merito hec patimur
quia peccauim[9] in fratrẽ noſtrũ: Michee
vij. Jram dñi portabo quoniã peccaui ei
Quare vt dicit ouidius: Leuiter ex meri-
to quicqd patiare ferendũ eſt. Que venit
indigne pena dolenda venit. Gregorius
in moralibus: Tunc illata vitia bene to-
leramus: cum in ſecreto mentis ad male ꝑ
petrata recurrimus. Idem: Leue quidẽ
videtur ꝙ iniuria percutimur: duꝫ in acti